UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

**Alvarus <Pelagius>**

**Lugduni, 1517**

Quinquagesimusoctau[us] ar. oppositio q[uod] ap[osto]li habueru[n]t p[ro]priu[m] in reb[us]. R[...]nsio. Et q[uod] fuit triplex ordo discipulo[rum] christi. R[...]nsio ad illud q[...] opponit[ur]: ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

cur ſeculi negotium nō agnoſcis:hec gloſ.Ex quib⁹ oib⁹ patet chriſtū nō habuiſſe dn̄iū i loculis.Adde hic de iſtis loculis qđ ſcripſi.ſ.in.§.hoc aūt pceptū chriſti fuit ergo vna cauſa.in ar.lxv.Q vero obijcit de veſtimentis et calciamentis chriſti/ꝙ ideo fuerunt chriſti quoad dn̄ium ꝓprietatis:q: leguntur in ſcriptura eius fuiſſe:dicendū ꝙ ſi ideo veſtimenta ⁊ calciamenta fuerunt eius quoad proprietatē q: legunt in ſcriptura fuiſſe eius:eadē ratione veſtimenta angeli fuiſſent angeli quoad ꝓprietatē:q: in ſcriptura ſacra legunt fuiſſe eius. vnde Marci vltimo.Et veſtimenta eius ſicut nix.Et ſtella que apparuit magis/fuiſſet chriſti quoad ꝓprietatem:q: legit fuiſſe eius. Mat.ij.Vidimus ſtellā eius.Et crux fuiſſet eius quoad ꝓprietatem:q: legitur Joā.xix.Stabant autē iuxta crucē eius. Et vincula quibus alligatus erat Paulus/fuiſſent eius quia legit Coloſ.vltimo.Memores eſtote vinculoꝝ meorum.Et.ij.Timo.j.c.Et catenā meam non erubuit.q̄ oia ſunt friuola ⁊ ridicula.Adde hic qđ ſcripſi.s.c.§.Item ꝙ ſimplex.℟.qđ poteſt obijci de Jacobo in ar.lvj.℟.ꝙ poteſt iterum obijci.⁊.℟.Q etiā euidenter.Ideo dicendum ad oia talia ꝙ ſicut crux chriſti dicitur fuiſſe chriſti quantum ad officium paſſionis ⁊ redemptionis.Et ſtella dicit fuiſſe eius inquantū homo/quātum ad miniſterium operis ſignificationis.Et veſtimēta dicuntur fuiſſe angeli quoad officium apparitionis ⁊ denūtiationis:Ita veſtimenta ⁊ calciamenta dicuntur fuiſſe chriſti quoad officiū deputationis ⁊ vſum accōmodationis:nō quoad dominiū appropriationis.Excepto ꝙ de calciamētis intelligendū eſt de ſandalijs.vt patet Mar.vj.Similiter loculi dicunt fuiſſe chriſti quoad officiū gubernationis vel adminiſtrationis ⁊ diſpenſationis:et nō quoad dn̄iū appropriationis.Similiter panis quem comedit Judas dicitur fuiſſe chriſti ſm ꝙ homo/quantū ad participium ⁊ quantū ad officium retributionis ⁊ diſpēſationis:q: chriſtus tribuebat apud deum ſuis meritis ⁊ interceſſione omnib⁹ benefactorib⁹ nō ſolū pro ſe ſed etiam ſpiritualiter pro omnib⁹ diſcipulis:non ꝙ ille panis eſſet chriſti hois quoad dominiū tēporalis appropriationis:q: chriſt⁹ vt ait Hieronymus/alieno cibo vtebatur vel veſcebat. Sic veſtimenta ⁊ calciamenta ⁊ libri in quibus ſtudent et ſupellectilia q̄bus vtunt/dicunt religioſoꝝ:q: eis vtuntur:vel q: ad officium eoꝝ ſpectat talia diſtribuere:non q: habeant ꝓprietatem quā habere nō poſſunt:vt patet in ijs que legūtur ⁊ no.xij.q.j.c.ij.⁊.c.nō dicatis.xvj.q.j.alia cauſa.Panis autem ⁊ vinū de quib⁹ chriſt⁹ conſecrauit in die cene/fuerūt abſoluta a lege tēporalis ⁊ humani dominij:⁊ fuerūt effecta iuris diuini ⁊ ſpiritualis dn̄ij:vt ſuperius eſt ꝓbatū ⁊ facit.xij.q.ij.nulli.⁊.xiiij.q.ij.q̄ ſemel eſt.Item de expropriatione chriſti.Bern̄.in epl̄a cōſolatoria loquēs de chriſto ait.Ipſe nimirū vtpote qui peccare non potuit/⁊ vniuerſoꝝ dn̄s erat:quum mūdi huius delicijs libere ⁊ iuſte vti potuiſſet:voluntariā tn̄ paupertatē tam diligēter amplexus eſt:vt nec haberet vbi caput ſuū reclinaret.Mat.viij.⁊ Luc.ix.In cui⁹ paupertatis executione tantā patri exhibuit reuerentiā:vt non ſolū delicias ſed etiā ſeipſum abnegaret petens in oibus non ſuā ſed patris fieri voluntatem.Luc.xxij.de con.di.ij.in chriſto.Qui ergo hoiem errantē in ſolitudine ⁊ in inaquoſo venerat reducere in viam rectam:vt iret in ciuitatē habitatiōis.pſ̄.cvj.ſalubriorem ⁊ ſecuriorē viam redeundi nobis exēplo ſue cōuerſationis oſtendit:nihil ꝓpriū in mūdo poſſidens:patri obediens vſq; ad mortē.Phil.ij.huc uſq; Bern̄.Per iſtā authoritatē Bern̄.videt patere ſolutio prima⁊ allegationū ⁊ opinionis ⁊ ſecundarū.vt videlicet chriſt⁹ non ſolū inquantū deus/ſed etiā inquantū homo ꝟbo vnit⁹/habuerit dn̄ium generale in regnis et rebus tēporalibus:ſicut quilibet rex habet in regno ſuo.⁊ ſic intelligunt prime allegationes.Dn̄ium vero particulare in regno aliquo aut in rebus quibus vtebat nō habuit poſtq̄ pdicauit ⁊ cōſilia de paupertate dedit:⁊ ſic intelligant ſecūde.Facit pro hac ſolutione di.viij.quo iure.Et hic iungendū eſt qđ notaui de iſta materia.s.in prima parte iſti⁹ operis in ar.iij in.§.tertiuſdecim⁹.⁊ in.§.ad illa.in ar.xxvij.Et hoc dico ſalua veritate per eccleſiā declarata vel declaranda.

Articulus.lviij.

Onſequēter opponitur ꝙ apoſtoli ꝓprium habuerūt et dn̄iū in rebus quibus vtebantur:nec apparet ꝙ renuntiauerūt oibus rebus.q: legit Mar.j.⁊.Mat.viij.⁊ Luc.iiij.ꝙ ieſus egrediēs de ſynagoga venit in domū Simonis ⁊ Andree.⁊ Luc.v.⁊ Mat.ix.legit ꝙ Matthe⁹ alr̄ leui/poſtq̄ relictis oibus ſecut⁹ eſt chriſtum vocantē:fecit ei magnū cōuiuium in domo ſua.Itē de diſcipulis legit etiam ꝙ ꝓprium habebant.vn̄ Mat.xxvj.legitur de Joſeph ab arimathia ꝙ erat diues homo ⁊ diſcipul⁹ ieſu.Itē de Simone leproſo diſcipulo chriſti legitur Matthei.xxvj ꝙ Jeſus in Bethania erat in domo eius.Itē Lazarus Martha ⁊ Maria qui erāt diſcipuli eius:erāt multa bona habētes.vnde legit de eis Jo.xj.ꝙ caſtrū dictū Bethania/erat Marie magdalene ⁊ Marthe.⁊ ꝙ in Bethania fecerunt ei cenā magnā.Jo.xij.De Tabita diſcipula ⁊ ꝙ multas eleemoſynas faciebat legit Act.ix.Et vita apoſtoloꝝ ⁊ diſcipuloꝝ eadem videtur fuiſſe.vt patet.xij.q.j.c.ij.ibi.Qui vitā apoſtoloꝝ eoꝝq; diſcipulorum ⁊c.Itē apl̄i habuerunt panes ⁊ piſces.Mat.vj.Luc.ix.Et de denarijs ibi dicit Matthe⁹.Euntes emamus denarijs.cc.panes:⁊ dabimus eis manducare.et in Luca.ibi.Eamus ⁊ emam⁹ in oēm turbam eſcas.Itē Jo.iiij.ibi.Diſcipuli eius abierūt in ciuitatē:vt cibos emerēt. Et Luc.xxij.Qui habet ſacculū tollat:ſimiliter ⁊ peram: ⁊ q̄ non habet vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium.et ſequit ibi.Ecce duo gladij hic.⁊ Jo.xviij.Simō Petrus habens gladiū ⁊c.Et ſequit.Mitte gladium tuū in vaginam.Item ſaltē quin in cōmuni ꝓprium habuerint negari nō poteſt.q: apoſtoli inter credentes etiam cōputandi ſunt ſicut precipui:ſed credētes primi oia habebāt cōmunia:ergo ⁊ apoſtoli.Act.iiij.xij.q.j.c.ij.Immo videtur Lucas innuere ꝙ ante eccleſiam credentiū apoſtoli habebant ꝓprium:ex quo illud cōmunicauerunt.Itē quantū ad eccleſiam ex gētibus nō videtur ꝙ ipſi ſibi cōmunicauerunt ꝓprium:imo videtur ꝙ ipſi ſibi retinuerunt proprium vt ꝓbatur de Corinthis.j.ad Corin.c.ſi.in prin.vbi ſic dicitur.de collectis ⁊c.⁊.j.Vnuſquiſq; veſtrū apud ſe reponat recondens qđ placuerit ſibi.Itē ad Phil.iiij.ibi In ratione dati ⁊ accepti nulla mihi cōmunicauit eccleſia niſi vos ſoli.⁊ ſeqtur.Repletus ſum acceptis ⁊c.Itē Act.xj.ibi.Diſcipuli prout vnuſquiſq; habebat/ꝓpoſuerūt ſinguli in miniſterium mittere ⁊c.Et hoc eſt qđ Auguſ.iij.de doc.chriſtia.dicit expreſſe ſic dicens.Tam capaces extiterunt ſpūſſancti qui primo ex iudeis crediderunt/et quib⁹ facta eſt prima eccleſia Hieroſolymitana:vt ⁊ oia ſua venderent:eorum preciū indigentibus diſtribuendum ante pedes apoſtolorum ponerēt:ſeq; totos etiā dicarent deo tamq̄ templū nouū in orationib⁹/in fractione panis ſpiritualis ⁊ corporalis:qui prius veteri templo ſeruiebant quod nullas eccleſias gentium feciſſe ſcriptum eſt:quia non tam prope erant:quia ſimulacra manifeſta deos habebant.Ex quo intelligimus magnam vtilitatem fuiſſe iudeos ſub lege tamq̄ ſub pedagogo cuſtoditos vt ſigna que temporaliter eis carnaliter ſeruientibus erant poſita/vnius dei cultum qui fecit celum ⁊ terrā:opinionem obſeruantium religarent.hec Auguſtinus.

Ed contra hoc dicendum videtur potius ꝙ apoſtoli poſt vocationem ad apoſtolatum non habuerunt propriū nec in ſpeciali nec in communi.Vnde circa hoc ⁊ contra pdicta diſcipulos proxime allegata/ſciendum eſt ꝙ ordo diſcipuloꝝ chriſti fuit triplex.Nā quidā fuerunt dicti diſcipuli chriſti generaliter cōmuni noie diſcipulatus:ſicut omnes credentes

in ipſum credentes dicebanṫ generaliter eius diſcipuli vt
no.xcij.di.c.ij.in gloſ.j. Primo enim quõ Ioſeph ab arima
thia fuit diſcipulus ieſu:q: credebat in eũ: non ꝙ eſſet ex
illis.lxxij.quos chriſtꝰ miſit ad predicandũ. q: illi.lxxij.diſ
ſcipuli erãt publice ⁊ aperte diſcipuli:⁊ ex alijs diſcipulis
decti:de quibus Luc.x.⁊.xxj.di.§.j.⁊.c.i nouo.⁊.xvj.di.ſe
ptuaginta. Ioſeph aũt erat occultus diſcipulus ieſu pro
pter metũ iudeorum:ſicut habeṫ. Io.xix.c. Predictꝰ autẽ
Ioſeph ſicut habeṫ Mar.xv.erat nobilis decurio:et per
cõſequẽs ſequebatur curiã ⁊ adſiſtebat curie ⁊ officio cu
rialium:⁊ non ſequebatur chriſtũ corporaliter:nec inſiſte
bat officio pdicandi euangeliũ:ſicut faciebant illi.lxxij.di
ſcipuli:quibus chriſtus cõmiſerat authoritatẽ predicãdi
Luc.x.⁊.xxj.di.in nouo.Et tales diſcipuli generali nomĩe
⁊ cõmuniter dici poterant habere in ſpeciali diuitias et
temporalia queqꝫ:ſicut habebãt zacheus/et centurio ille
cuius ſeruũ chriſtꝰ curauit:de quibꝰ Luc.xix. ⁊ Mat.viij.
⁊ Luc.vij.⁊ de con.di.ij.quotidie.⁊.xij.q.ij.cũ deuotiſſimã.
Et princeps ille Iayrus:cuius chriſtus filiam ſuſcitauit.
Mat.ix.Luc.viij.Mar.v.⁊ de peni.di.j.quẽ penitet.ad fi.
Et plures alij in chriſtũ credentes:⁊ ſibi per fidem ⁊ dile
ctionem adherẽtes:ſicut modo multi boni chriſtiani ha
bent multa bona tẽporalia. Quidã vero fuerunt diſcipu
li chriſti ſpecialiter nomine ſpeciali:quibus cõmiſit pote
ſtatem predicandi et curandi infirmos: quibꝰ interdixit
ne portarent ſacculũ/nec perã/nec calciamenta:de quibꝰ
dicit in pre.c.Luc.x.⁊ pre.c.in nouo.Et de tali genere diſci
pulorũ chriſti/nõ legiṫ ꝙ habuerint aliqs diuitias nec p
prietatẽ ⁊ dñium alicuiꝰ rei tẽporalis/poſtꝙ talẽ diſcipu
latũ ſunt adepti.nõ eſt ergo cõfundẽdus ordo diſcipulorꝫ
Vñ inſtãtia de Ioſeph ab arimathia ⁊ de Lazaro/⁊ ſimo
ne lepⱺſo/de maria/⁊ martha/⁊ tabita/et ſimilibus di
ſcipulis/nõ eſt ad ꝓpoſitũ:qm̃ iſti non fuerunt de ſecũdo
ſed de primo ordine diſcipulorũ. Nec etiam inſtãtia de ca
ſtello marthe et marie: q: non ſequiṫ ꝙ eſſet de ꝓprietate
marthe ⁊ marie ꝓpterea ſicut nec bethſaida erat de pro
prietate petri:q: diciṫ Io.j.ꝙ Philippus erat de bethſai
da ciuitate petri ⁊ andree. Sed ⁊ eſto ꝙ fuiſſet eorũ quã
tum ad ꝓprietatem:nõ ſequitur ꝓpter hoc ꝙ apoſtoli et
alij diſcipuli ad predicandũ miſſi potuerint habere caſtel
la ⁊ villas quoad dñium:q: nõ eadem lege paupertatis
⁊ forma viuendi adſtringebatur martha ⁊ maria cũ euã
gelizatoribus veritatis ꝓfeſſoribus paupertatis. Ter
tius ordo ſeu gradus diſcipulorũ fuit ipſe ordo apoſtolo
rum:quos ipſe chriſtus ex oibus alijs diſcipulis ſpeciali
ter elegit:⁊ ſpecialibus donis ⁊ gratijs pre omnibꝰ alijs
diſcipulis priuilegiauit:qui velut chriſti comites indiui
dui ⁊ cõmenſales aſſidui eadem expropriationis lege cũ
chriſto viuebant.quod de alijs diſcipulis ab eis nõ eſt ne
ceſſe dicere:vnde ⁊ poſt chriſti aſcenſionem pecunia rerũ
venditarũ ponebatur ad pedes aploꝝ:⁊ non ad manus
eorũ:q: ipſi pre ceteris a tẽporalibus elõgati vſum pecu
nie ⁊ non ſolũ dñium aſpernabãtur. vnde ⁊ gloſ. Act.iiij.
dicit deſtituendũ probat/qd̃ tãgere deuitat: ⁊ calcãdum
docet aurũ quod ſubdit greſſibus apoſtolorũ:in quorum
perſona petrus ad literaꝫ dixit/Ecce nos dimiſimus oĩa.
In perſona aũt aliorum diſcipulorũ ad predicandũ miſ
ſorum/vtrũ petrus prefata verba dixit an non/ex ſcriptu
ra non habeṫ. Ex eo aũt qd̃ opponitur.ſ̃.de domo Petri
⁊ Matthei ⁊ eius cõuiuio:per qd̃ non ſolum in cõmuni:
ſed etiam in ſpecialitate videntur apoſtoli ꝓprietarij fu
iſſe. Nam ſi Mattheus poſt verba illa/Relictis omnibꝰ
ſecutus eſt eũ:nõ reliquit oĩa quoad dñium:eadẽ ratione
ſequitur ꝙ petrus et andreas Iacobus ⁊ Ioannes poſt
illa verba/relictis retibꝰ ⁊ naui/Mat.iiij. non reliquerũt
tunc retia ⁊ nauim quoad dñium:quuꝫ illa fuerit vltima
vocatio Matthei ſicut iſta fuit vltima vocatio iſtoꝝ qua
tuor. Et ſi iſti quatuor apoſtoli nõ dimiſerunt tũc quoad
dñium retia de quibus in ſpeciali ſpecificatur:multo ma
gis non dimiſerunt tunc quoad dñium ad qd̃ ibi non ſpe
cificatur:⁊ pͤ cõſequens retinuerunt ſibi dñium omnium.
quod eſt contra ſcripture ſacre literam et intentionem et
ſanctorũ doctrinã. Contra doctrine euangelice intentio
nem:qm̃ niſi apoſtoli tunc dimiſiſſent ꝓprietates ⁊ domi
nium rerũ expreſſarum:ſcriptura fruſtra dixiſſet de Mat
theo Luc.v.ꝙ relictis omnibus ſecutꝰ eſt eũ. Et de petro
Iacobo ioanne ⁊ andrea/ꝙ relictis retibꝰ ſecuti ſunt eũ.
Matth.iiij.vnde gloſ.ſup verba predicta petri ⁊ andree
Matth.iiij. dicit ſic: Inceſſu pedũ:ſed magis obedientia
⁊ affectu aplĩ ad ꝓpria nõ reuerſi.⁊ ſup predicta vba Ia
cobi et ioannis dicit gloſ.relictis retibus. q: etſi poſtea
reſumuntur:non tamẽ cupiditate ⁊ amore ꝓprietatis. in
ijs datur forma volẽtibus ſequi.hec gloſ. Et ita ſm gloſ.
iſti quatuor apoſtoli tunc reliquerũt non ſolũ proprieta
tem ⁊ dñium retiũ:ſed et ꝓprietatem omniũ:q: amplius
ſm gloſ.ad propria nõ ſunt reuerſi. Et ſuper illud Luc.v.
Relictis omnibus ſecuti ſunt eum.dicit gloſ.accepta ab
Ambroſio ſic. Reliquit propria qui rapiebat aliena.nec
ſolum lucra vectigalium reliquit: ſed etiam periculum
contemnit quod poterat euenire a principibus ſeculi: q:
vectigalium rationes incompoſitas reliquit. Et quia in
nullo prorſus huius vite reſpectum vel cogitationem ſibi
reſeruauit:dominicorum talentorũ talis fidelis diſpenſa
tor eſſe meruit.hec gloſ.et ita ſm gloſ. Mattheꝰ nihil tũc
ſibi retinuit:nec proprietatem:nec cogitatũ eius. Ad hoc
eſt Ambro.in quadã homilia in qua dicit ſic: Myſtica vo
catio publicani quem ſequi iubet nõ corporis greſſu: ſed
mentis affectu. Itaqꝫ illa auara de mercedibus.dura de
laboribus periculiſqꝫ nautarum emolumenta cõuertẽs
verbo vocatus ꝓpria dereliquit qui rapiebat aliena.ac il
lud vile ſedile deſtituens/toto poſt dominum veſtigio
mentis incedit.hec Ambro. Item hieronymꝰ ⁊ ponitur in
gloſ.ſuper illud Marci.j. Venite poſt me:faciã vos fieri
piſcatores ⁊c.dicit ſic: Vocantur quatuor piſcatores/Si
mon/Andreas/Iacobꝰ/⁊ Ioannes/relictis oĩbus ſequũ
tur. Hac quadriga vehimur ad ethera vt Helias.his q̃tu
or angulis cõſtituitur prima eccleſia.his q̃tuor literis he
braicis tetragrammaton nomen dominũ cognoſcitur
a nobis:quibus ſimiliter precipitur vt audiamus domi
num vocantem:⁊ obliuiſcamur populum.pſ̃.xliiij. vitio
rum:⁊ domum paterne traditionis fugiamꝰ:que eſt ſtul
titia deo.⁊ rete aranearum:quos pene lapſos velut culi
ces tenebat aer inanis qui pẽdet in nihili.nauem priſtine
conuerſationis fugiamus.pellibus enim mortuis tegiṫ.
de peniten.diſtin.j.Adam poſt.c.fleat. Adam pater noſter
ſm carnem ⁊ nunc depoſito veteri homine cum actibus
ſuis nouum hominem. Ephe.iiij.ſequentes pellibus Sa
lomonis. Canti.j.tegimur.quibus ſponſa gloriatur ſe fa
ctam eſſe formoſam. Simon autem obediens/Andreas
virilis/Iacobus ſupplãtans/Ioannes gratia/in latinũ
ſonat.quibus quatuor nominibus in imaginem dei con
uertimur.obediẽtia vt audiamus.virilitate vt pugnemꝰ
ſupplantatione vt perſeueremꝰ.gratia vt conſeruemur.q̃
quatuor virtutes cardinales diciṫ.per Prudentiã eniꝫ
obedimꝰ.per Iuſtitiã viriliter agimus.per Tẽperantiã
ſerpentẽ calcamꝰ.per Fortitudinẽ grãm dei meremur.hec
Hieronymꝰ. Itẽ Greg.ſup euangelia homi.v. exponens
pdicta verba Mat.iiij.de Petro ⁊ Andrea dicit ſic: Audi
ſtis fratres chariſſimi q: ad vniꝰ iuſſionis vocẽ Petrus ⁊
Andreas relictis retibꝰ ſecuti ſunt redẽptorẽ. nulla vero
hunc miracula adhuc facere viderãt:⁊ tñ ad vnũ dñi pce
ptũ hoc qd̃ poſſidere videbanṫ obliti ſunt.⁊.j. Sꝫ fortaſſe
qs tacitis cogitationibꝰ dicit.ſed qͥ qm̃ vterqꝫ iſte piſca
tor ad vocẽ dñi dimiſit q̃ pene nihil habuit: ſed hac in re
fratres chariſſimi affectũ potiꝰ debemꝰ pẽſare:ꝙ cenſum
Multum reliqͥt:qui nihil ſibi retinuit. Multũ reliquit:q̃
quantũlibet parum totũ deſeruit.hec Greg. Idẽ no.ſ̃.in
ar.liiij.in.§.nũc vero.iuxta prin.ibi vide. Et ita ſm Amb.
Hiero.Greg.gloſ.ordi. ex dictis ſctõrũ collectã/apoſtoli in
vltima vocatione omnia dimiſerunt. Nec ex tunc aliquid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quoad ꝓprietatē ⁊ dominiū ſibi retinuerunt. Et qḋ di-
citur de exꝓpriatione iſtorū.v.apoſtoloꝝ:licet ſpecialiter
de renuntione ipſorum in euangelio non legatur. Et hoc
apparet expreſſe per verbum Petri loquentis in perſona
omniū apoſtoloꝝ:quoꝝ vna ⁊ ſimilis fuit vocatio ⁊ pro
feſſio. Ecce nos reliquim⁹ omnia. Mat.xix. Mar.x. Luc.
xviij. Qḋ vero legitur de Mattheo/ꝙ poſt iſta verba/re
lictis omnib⁹ ⁊c. fecerit chriſto magnū cōuiuiū in domo
ſua:dicendū ꝙ illud eſt dictum explicando et exponendo
prius dictū:nō ꝙ poſterius ſit factum. ſm modū loquēdi
ſcripture in pluribus locis:q̄ prius narrat cōcluſionē fa-
cti:⁊ poſtea explicat ordinē ⁊ ſeriem rei geſte. Cur autem
non de oīb⁹ apoſtolis ſicut de Mattheo ſcriptura expreſ
ſit ꝙ relictis omnibus ſecutus eſt chriſtū: Fortaſſis q: ſo-
lus Mattheus lucris auaritie deditus/ne vllū in ſe locū
auaritie dereliquiſſe videret̄:cuncta pro dn̄o dereliquiſſe
deſcribitur. Cur etiā ſex apoſtoloꝝ ſolūmō ſcilicet Pe-
tri andree Jacobi Joannis Matthei et Philippi voca-
tio in euangelio nominatim pſonaliter exprimit̄:alioꝝ
vero ſex apoſtoloꝝ vocatio ſub ſilentio tacite pertranſi-
tur: Arcanum myſteriū eſt. ⁊ literalis ratio neſcio ſi reddi
poteſt:niſi quia ex parte cognoſcim⁹ ex parte ꝓphetam⁹.
j.Corin.xiij. vt quemadmodū in celo materiali/ſic in celo
ſpirituali militantis eccleſie ſex ſigna nobis oriant̄:⁊ toti
dem nobis occultent̄ per illū qui claudit ſtellas ſub ſigna
culo:⁊ facit interiora hauſtri: expanditq̄ nubem ſup fa-
ciem vniuerſe terre. Job.ix. Qḋ vero obijcit̄ de domo Pe-
tri.ſ. reſponſum eſt in.lvj.ar.in.§.porro.in.✠.nō obſtat eti
am.ꝙ domus illa Petri dicebat̄:non ꝙ pro tunc eſſet actu
ipſius quoad dn̄ium:ſed q: prius fuerat eius ⁊ Andree q̄-
ad dominiū vel quoad habitationē. quō Gen̄.xxiiij.legit̄
ꝙ Iſaac introduxit Rebeccā in tabernaculum Sare ma-
tris ſue. ⁊ tamē Sara iam erat mortua. vnde ibi vocabat̄
tabernaculū Sare nūcupatiue:q: fuerat eius quoad mā
ſionem. Quomodo etiam legitur.xxj.c.primi libri regū ꝙ
Achimelech dixit ad Dauid poſt mortē Goliath ſic. Ecce
hic gladius Goliath philiſtei quē percuſſiſti in valle tere
binthi. Sic de virga Aaron:q̄ dicebatur eius poſt mortē:
q: fuerat eius. Hebre.ix. Sic etiā ſion poſt mortē Dauid:
q: fuerat eius:nō ꝙ mortuus haberet dn̄ium. j. Macha.
j.c. vbi legitur ꝙ edificauerūt ciuitatem Dauid muro ma
gno ⁊ firmo. Quō etiā Simon ille in cuius hoſpitio ꝓpe
paſſionē chriſtus hoſpitabat̄/dicebatur ſimon leproſus.
Matth.xxvj. Mar.xiiij. nō ꝙ tūc eſſet actu leproſus:ſed
q: aliqn̄ fuerat:⁊ curatus erat. Et ꝙ tunc domus illa non
eſſet actu Petri:ex hoc etiā patet q: vt legitur Luc.ix. qui
dam ait chriſto Sequar te:ſed primū permitte mihi renū
tiare ijs q̄ domi ſunt. ait ad illū Jeſus. Nemo mittens ma
num ſuā ad aratrū ⁊ reſpiciēs retro/aptus eſt regno dei.
Ex quo ſequit̄ aperte qm̄ ſi ille nō erat aptus regno dei/
q: ſolū volebat renūtiare ſuis que erāt domi:quanto ma
gis nō fuiſſet aptus regno dei Petrus:ſi voluiſſet ſibi re
tinere domū quoad dn̄ium:tanto vtiq̄ minus/quāto ma
ius eſt retinere ſibi domū q̄ renuntiare ijs que ſunt domi
Quū ergo Petrus ⁊ Andreas vocati a dn̄o non curaue-
rint renuntiare ijs q̄ domi ſunt:multo magis nō curaue-
runt retinere ſibi ꝓprietatē ⁊ dn̄iū dom⁹ quū magis ſit ſi
gnum terreni amoris retinere ſibi domum:q̄ renuntiare
ijs q̄ ſunt domi. Ideo vtrūq̄ propheta Dauid.pſ̄.xliiij. vi
ro ſpūali cōſulit. Obliuiſcere populū tuū:⁊ domū patris
tui. Utrūq̄ etiam monuit cōtemnere ſaluator. Mat.xix.
Ois qui reliquerit domū/vel fratres/vel ſorores/aut pa
trem/aut vxorē/aut agros. Et preterea ſi Petrus et An-
dreas dimiſerunt retia pro chriſto:quod vili⁹ et imperfe-
ctius fuit:per cōſequens non recte dimiſerunt:licet recte
obtulerint pro chriſto vilius dimittendo ⁊ pro ſeipſis me
lius retinendo. de cōdi.di.ij.ſi credis. qḋ de tantis apoſto
lis credere indignū eſt. ¶ Qḋ vero poſſet obijci:ꝙ qn̄ chri
ſtus miſit ad predicandū apoſtolos:inhibuit eis ne por-
tarent aurū ⁊ argentū peram ⁊ calciamenta ⁊ duas tuni

cas:ergo ante q̄ mitterentur ad predicandū:nō reliquerunt iſta:nec ante ipſis fuerant interdicta:alīs fruſtra fuiſſent interdicta:ſi eis antea talia nō licebant. Dicendū
ꝙ iſtud non valet. qm̄ ſepe aliquid de nouo precipit̄:nō
q: illud prius preceptū non erat:ſed propter ſpecialem ra
tionem precepti ſuperuenientē ⁊ de nouo occurrentē:vel
ad maiorem obedientie cumulū. q: opus factum et obe
dientia eſt perfectius opere ſponte facto. xj.q.iij.quid er
go. vel ad maiorē expreſſionem ſeu explicationem ⁊ cōfir
mationē prioris precepti. Sicut deus precepit filijs iſrael
in lege moyſaica. Exo.xx. Non occides. Non mechaberis
Non furtum facies. Non falſum teſtimoniū dices ⁊c. Nō
quin iſta ante fuerint eis iure nature prohibita:quū ſint
per ſe nota omnibus in lumine naturalis rationis. di.j.in
principio. ſed propter imediatiorē ſubiectionē dei/⁊ maio
rem infixionem cordi. Similiter chriſtus in cena precepit
apoſtolis. Jo.xiij.c. dicens. Mandatū nouū do vobis:vt
diligatis inuicem ſicut dilexi vos. ⁊ tamen prius apoſtoli
obligabantur ad illud preceptū. q: prius fuerat manda-
tum eis datum de dilectione dei ⁊ proximi/⁊ de dilectiōe
amici ⁊ inimici:ſicut patet Mat.v. ⁊.xxij. Mar.xij. Luc.
Leuitici.xix.c. Similiter chriſtus precepit apoſtolis quā
do miſit eos ad predicandū:ne venderent gratiam cura
tionū/⁊ doctrinam euangelij. Mat.x. quod tamen exem
plo chriſti ⁊ documēto prophetarū eis fuerat interdictū
iiij. Reg.v. de Giezi facto leproſo q: Naaman gratiā ven
diderat ſanitatis. j.q.j. cito. ⁊.c. qui ſtudet. ⁊.c. quicqd. Si
militer chriſtus precepit diſcipulis quādo miſit eos ad p̄
dicādum: Manducate que apponunt̄ vobis. Luc.x. ſi
prius hoc faciebant diſcipuli:ſicut patet Luc.v. Sed pro
pter ſpecialē rationem precepti ſuperueniētem:ne ſcilicet
hoīes ꝓpter eorum ſingularitatē retraherentur ab offi
cio hoſpitalitatis ⁊ doctrina euāgelij:voluit eis de nouo
iniungere. Ita ſimiliter ante q̄ chriſtus mitteret apoſto
los ad predicandū:erat eis exemplo chriſti quē ſequeban
tur/interdictum ne portarent pecuniā:ne haberent duas
tunicas ⁊c. ſed propter ſpecialem rationē precepti occur
rentem ⁊ ſuperueniētem/ne ſcilicet propter eorū queſtū
homines a veritate euangelij retraherentur:⁊ ne tempo
ralibus ſpiritualia crederemur eſſe venalia:ad maiorem
expreſſionē precepti ⁊ informationē ⁊ exemplū poſteris
dandum/q: non ſolū propter illos ſed etiā ꝓpter nos illa
geſta ⁊ ſcripta ſunt:voluit chriſtus tunc actu ⁊ immediu
te eis precipere ne talia facerent. Et ꝙ ante predicationē
fuerint apl̄is talia interdicta/patet:q: nō mim⁹ apl̄i in vl
tima ſua vocatione omnia reliqrūt:q̄ ille iuuenis cui chri
ſtus dixit. Matthei.xix. Mar.x. ⁊ Luc.xviij. Uende oīa
que habes:⁊ da pauperib⁹ ⁊ veni:ſequere me. reliquiſſet
ſi chriſti conſiliū ſeruaſſet. ſed ille ſi cōſilium chriſti ſeruaſ
ſet:non debebat ſibi pecuniā aliquam retinere:ſed omnē
pecuniam quā habebat vel habere poterat/debebat pau
perib⁹ dare:ergo nec apoſtoli in vltima ſua vocatione pe
cuniam aliquā ſibi retinuerunt:quū vltima vocatio apo
ſtolorum non fuerit imperfectior vocatione illius iuue
nis. Quib⁹ aūt non licet ꝓpriam pecuniā retinere:eiſdē
non licet ꝓpriam pecuniam portare:nec cōmuniter defer
re. ergo apoſtoli ante q̄ mitterentur ad predicandū:non
portabant pecuniam ꝓpriam:nec portabant pecuniā cō
munitatis:q: quod non licebat ad cōmunitatem ipſorum
deferre:non licebat in eorum cōmunitate deferre:ſed vo
cato ad cōmunitatem ipſorū non licebat aliquā pecuniā
afferre. Similiter Mattheus relictis omnibus ſecutus
eſt chriſtum. Mat.ix. ⁊ Luce.v. ⁊ per conſequens nullam
pecuniam attulit eorum cōmunitati:quū vocatio omniū
apoſtolorum par fuerit ⁊ equalis quantū ad rerum tem-
poralium cōtemptum:ergo nec in eorum cōmunitate cō
muniter licebat pecunias deferre. Nec legitur de aliq̄ apo
ſtolo ante q̄ mitterentur ad predicandum ꝙ pecuniā ali
quam attulerit eorū cōmunitati, nec etiam ꝙ pecuniam
aliquam portauerit ſecum:⁊ ideo nō eſt eis imponendū.
¶ Aliud

¶Aliud quod opponit̃ eſt/ ꝙ chriſtus quãdo miſit apo‑
ſtolos ad predicandum/non interdixit eis ſimpliciter pro
omni tẽpore ne portarent pecuniam: ⁊ ne haberent duas
tunicas:et ne portarent calciamenta: ſed ſolum in via ꝓ
tempore predicationis: q: poſt reditum a predicatione/
poterant licite talia habere.et aliquãdo vt opponitur ta
lia habuerunt. Qđ non poteſt ſtare cum veritate euange
lica: qm̃ vt ſcribitur Joã.xij.⁊.xiij.c.chriſtus cõmiſerat Ju
de diſpẽſationem loculorũ in quibus mittebant̃ ea que
portabant̃. Sed ſi apoſtolis fuiſſet licitũ cõmuniter por
tare poſt reditum a predicatione pecuniam: tunc pecu‑
nia eis neceſſaria non fuiſſet poſita: nec miſſa in loculis
poſt reditum a predicatione: ſed ſolum pro tẽpore predi‑
cationis: q: non eſt veriſimile ꝙ tantam habuerint pecu‑
niã ꝙ nõ potuerint eã ſecũ portare. hoc aũt eſt falſum: q:
ꝑ tẽpore illo quo iudas dixit Joã.xij. poterat hoc vnguẽ‑
tum venumdari plus ꝙ̃ trecentis denarijs et dari pau‑
peribus.iam tunc redierant a predicatione. et non ibant
tunc ad predicandũ: q: hoc dixit in bethania/ qñ martha
miniſtrabat et effudit vnguentum ſuper pedes chriſti: et
pro tunc dixit euangeliſta/ ꝙ hoc dixit Judas eo ꝙ locu‑
los habebat: in quibus mittebantur ea que portabantur
ergo ea q̃ mittebant̃ chriſto ⁊ apoſtolis poſt reditũ a pre‑
dicatione: mittebant̃ in eis ⁊ in ſeruabant̃. Similiter qñ
chriſtus dixit Joã.xiij. Jude: qđ facis fac citius: tunc apo
ſtoli nõ ibant ad predicandum: ſed redierãt a predicatio‑
ne: q: hoc dixit chriſtus in hieruſalẽ tẽpore cene: ſed tunc
putauerunt apoſtoli aliqui: vt refert euangeliſta: ꝙ chri‑
ſtus dixiſſet Jude/eme ea que ſunt opus nobis ad diem
feſtum: aut vt egenis aliquid daret: eo ꝙ Judas loculos
habebat.ergo poſt reditum a predicatione pecunia in lo
culis mittebat̃ et cõſeruabat̃.alioquin diſcipuli nõ putaſ‑
ſent ꝙ chriſtus poſt reditum a predicatiõe dixiſſet Jude/
eo ꝙ loculos habebat: Eme nobis neceſſaria ꝓ die feſto:
aut egenis aliq̃d daret.ergo poſt reditũ a predicatione/
pecunia que portabatur in loculis mittebat̃ ⁊ cõſeruaba
tur: ⁊ ꝑ conſequens poſt reditũ a predicatiõe apoſtoli cõ‑
muniter nõ portabant pecuniam: nec portare poterãt: ni‑
ſi fortaſſis in caſu neceſſitatis extreme ab omni lege acce‑
pte.de cõ.diſt.v.diſcipulos. Et hoc eſt qđ dicit Joã. Chry‑
ſoſtomus ſup illud Joã.xiij. Quidã autẽ putabãt q: locu‑
los habebat Judas ⁊c.vbi ſic dicit: Et nimirũ nullus di‑
ſcipulorũ pecunias afferebat: ſed ꝑ hoc ꝙ hic dicit occul‑
te inſinuat/ ꝙ quedam mulieres eũ de ſuis facultatibꝰ nu
triebãt.hec Chryſoſtomus. Et ita ſm Chryſoſtomũ/nul‑
lus diſcipulorũ tũc pecunias afferebat: et tamen tũc apo‑
ſtoli ad predicandum nõ ibant. Et propterea ſi talia fue‑
runt eis interdicta ſolum ꝓ tẽpore pdicationis: ⁊ nõ poſt
reditum a predicatione: tunc fuiſſet viſa quedam ſimu‑
latio ⁊ ſpũs hypocriſis maiorẽ paupertatẽ pretendendo
exterius exeundo corã hominibus/ ꝙ̃ interius ſeruarent
apud ſeipſos.qđ de chriſto ⁊ apoſtolis ſentire nefas eſt.
ar.bonũ.xij.q.j.nolo.⁊ ꝓfanum mẽdaciũ eſt exterius mo
re pauperũ mendicare: ⁊ interius more diuitũ abundare
et vita ſanctorũ paupertatẽ vniformiter ſeruat.xij.q.j.cle
ricus. Jtẽ apoſtoli minus indigebant calciamentis ⁊ dua
bus tunicis in domo qñ ſtabãt ſub tecto: ꝙ̃ indigebãt ex‑
tra domũ/qñ ibant ad predicandũ.ſi ergo tunc fuit eis in‑
hibitũ multo potius in domo. Jtẽ predicatores veritatis
debent oſtẽdere vitã exẽplarem: nõ ſolũ quñ vadunt ad
predicandũ: ſed etiã ante ⁊ poſt reuerſionẽ.alioquin defi‑
ciens ante vel poſt magis predicationẽ infirmaret ꝙ̃ cõ‑
firmaret.ar.op.xliij.diſt.ſit rector.xxxvj.di.§.ecce.iij.q.vij.
§.Jdẽ teſtat̃. Sed chriſtꝰ interdixit talia apoſtolis: vt ex
eorũ vita mirabili et venerabili eorũ doctrina teſtimoniũ
acciperet: ⁊ veritati rerũ facta nõ verba ſola fidẽ darẽt.vñ
dñs in Joã.x.c. Si mihi nõ creditis operibus credite.vbi
Augꝰ. Ut chriſto nõ verba: ſ; facta teſtimoniũ darent. et
Greg. Plus mouẽt facta ꝙ̃ ṽba.ergo talia interdixit nõ
ſolum ꝓ tẽpore predicationis: ſ; etiam ꝓ quolibet tẽpo‑
re. Et hoc eſt qđ dicit Chryſoſtomus ſuper Mat. homil.
xxij.ſic. Nec̃ em̃ a ſignis volebat apparere clarus ſolũ: ſ;
etiam ante ſigna a ꝓpria virtute. nihil enim ſic monſtrat
philoſophiã ſicut nõ ſupfluis vti.⁊ ſm quod poſſibile eſt:
in nullo indigere. hoc ⁊ pſeudo apoſtoli nouerant: ꝓpter
qđ paulus dicebat.ij.ad Cor.x. vt in eo in quo gloriantur
inueniant̃ ſicut et nos. Si autẽ in aliena patria exiſtẽtes/
et ad ignotos abeuntes nihilominus amplius oportet
petere quotidiano cibo: quantomagis domi manentes.
hec Chryſoſtomus. Et ita ſm Chryſoſtomũ/ſi talia non li
cebãt apoſtolis tẽpore pdicationis: multominus licebãt
eis poſt reditũ a predicatione qñ erant domi. Jtem talia
fuerunt apoſtolis interdicta/nõ ſolum ꝓpter doctrinam
euangelij: ne ſc; ipſam venalẽ facerent: ſed etiam propter
grãm curationũ/et potentiã ſignorũ: ne ipſa vendere vi‑
derent̃. vnde chriſtus de vtriſq;/ſc; de verbis doctrine/et
ſignis potentie precepit apoſtolis Matth.x. Gratis ac‑
cepiſtis gratis date.j.q.j.quicq̃d.ex de magiſtris.c.ij. ſed
apoſtoli habebant gratiã curationũ/et efficaciam ſigno‑
rũ ſeu miraculorũ/non ſolum quãdo exibãt ad predican‑
dum: ſed etiã poſtꝙ̃ reuertebant̃ a predicatione ⁊ anteꝙ̃
exirẽt ad predicandũ: q: poteſtas miraculorum fuit data
apoſtolis ꝑmanſiue ⁊ ſtabiliter: et non tranſitiue ⁊ inſta
biliter per interualla tẽporũ. ꝓpter qđ Act.v.legit̃ de apo
ſtolis/ Per manus autẽ apoſtolorũ fiebant ſigna ⁊ ꝓdi‑
gia multa in plebe. Et ſequit̃ ibi: Magis autẽ augebat̃
in dño credentiũ multitudo virorũ ac mulierum: ita vt in
plateis eijcerẽt infirmos: et ponerẽt in lectulis ac graba‑
tis: vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret
quẽꝙ̃ illorũ: et liberarent̃ oẽs ab infirmitatibꝰ ſuis. Cur‑
rebat aũt et multitudo vicinarũ ciuitatum in hieruſalem
afferentes egros et vexatos a ſpiritibus immundis: qui
curabant̃ omnes. Ergo talia fuerunt interdicta apoſto‑
lis/nõ ſolum pro tẽpore predicationis: ſed etiam ꝓ quoli
bet tẽpore: ſiue poſt predicationẽ/ſiue ante: ſicut gratia
ſignorũ fuit eis collata ꝓ quolibet tẽpore opportuno: ſi‑
ue tẽpore predicationis: ſiue tẽpore alio. Jtẽ illud quod
nõ licet niſi in caſu neceſſitatis diſpenſatiue ex ſpeciali di‑
ſpenſatione: ſimpliciter ⁊ abſolute nõ licet: q: ceſſante ca‑
ſu et diſpenſatione ſpeciali: nõ licet.j.q.vij.qđ ꝓ remedio.
ſed predicta non licuerunt apoſtolis poſt reditum a pre‑
dicatione ſi eis licuerunt niſi in caſu neceſſitatis diſpenſa
tiue ex ſpeciali diſpenſatione.ergo talia ſimpliciter et ab‑
ſolute nõ licuerũt eis poſt reditũ a predicatione. Minor
ꝓpoſitio patet ꝑ illud qđ ipſe ſaluator legitur dixiſſe apo
ſtolis poſt reditum a predicatiõe Luce.xxij. Quãdo miſi
vos ſine ſacculo et pera ⁊ calciamẽtis: nunq̃d aliquid de‑
fuit vobis? At illi dixerũt: Nihil. Jeſus vero ait illis: Nũc
autẽ qui habet ſacculũ tollat.ſimiliter ⁊ peram.⁊ q̃ nõ ha
bet: vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium. Jn quibꝰ ver
bis ſaluator intelligẽdo ipm̃ ad literã manifeſte diſpenſa
uit cũ apoſtolis tẽpore mortis ſue ꝓpter inſtantẽ neceſſi‑
tatẽ perſecutionis/ ꝙ poſſent talia habere que ab ipo eis
aꝯs fuerãt interdicta.qđ pꝫ ex eo qđ dixit: Sed nunc q̃ ha
bet ſacculum tollat.ſilr ⁊ peram.ergo antea apoſtolis cõ
muniter poſt reditum a predicatione talia nõ licebant: ſ;
fuerant eis regulariter interdicta. vnde ſup predictis ver
bis Luce.xxij. Beda/et gloſ.ordi. ſic dicunt. Non enim ea
dem viuendi regula ꝑſecutionis/que pacis tẽpore diſci‑
pulos informat. Miſſis quidem diſcipulis ad predican‑
dum/ne q̃d tollerẽt in via precepit/ordinans ſc; vt q̃ euã
gelium annũtiant de euãgelio viuant. Jnſtante ṽo mor
tis articulo/et tota illa gẽte paſtorẽ ſimul ⁊ gregẽ ꝑſequẽ
te/cõgruã tẽpori regulam decreuit: ꝑmittens vt tollat vi
ctui neceſſaria/donec ſopita ꝑſecutorũ inſania tẽpus euã
gelizandi redeat. Jn hoc quoq; nobis dat̃ exemplũ/iuſta
nonnunꝙ̃ cauſa inſtante quedã de noſtri rigoris ꝓpoſito
poſſe ſine culpa intermitti. Ad hoc idem facit quod dicit
Chryſoſtomus ſuper eiſdem verbis ſic. Et quidem quan
do nec calciamenta: nec zonam habebant: nec baculum:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neces/nullius ſunt paſſi penuriam. vt autem marſupium
eis conceſſit et peram: eſurire videntur et ſitire et nudita
tem pati. ac ſi eis diceret. hactenus cuncta vobis vberri/
me affluebant: nunc autē volo vos et inopiam experiri.
Ideoq̄ non addico neceſſitati priſtine legis: ſed mando
loculum habere et peram. poterat enim dominus vſq̄ in
finem in tantam cōſtituere copiam: ſed noluit ob multas
cauſas. primo quidē vt nihil ſibi tribuerent: ſed recogno
ſcerent totum ſibi emanaſſe. ſcd'o vt moderari ſibi ſciant.
tertio ne maiora de ſe opinentur. Horū trium cauſa pmit
tens eos incurrere multa inopinatorū/ relaxauit prioris
legis rigorē: ne grauis et intolerabilis fieret eis vita. hec
Chryſoſtom'. Et ita ſm Bedā Chryſoſtomū et gloſ. chri/
ſtus diſpenſatiue relaxauit ad tempus prioris precepti ri
gorem. Et ſi nunq̄ aliquis dixiſſet hoc: patet euidenter ex
eo qd' dixit. Et qui nō habet: vēdat tunicā ſuā: et emat gla
diū. Certū eſt aūt q̄ apoſtolis nō licuit ante vel poſt por
tare arma ad offendendū nec ad defendendū: q: vt dicit.
ij. ad Cor. x. Arma noſtre militie non carnalia: ſed poten
tia dn̄i ad deſtructionē inimicorum. et Math. v. chriſtus
dixit diſcipulis: Ego aūt dico vobis nō reſiſtere malo. et. j.
ad Cor. xij. et Rom. xij. Nō vos defendētes chariſſimi: ſed
date locum ire. et de his ſatis. xxiij. q. j. §. j. et. q. iij. §. j. et. q.
viij. §. j. Ergo chriſtus tēpore paſſionis ꝓpter iminentē ti
morē diſpēſatiue ꝯceſſit apoſtolis q̄ poſſent portare gla
dios. vnde nunq̄ nec ante nec poſt legunt' gladios por/
taſſe: nec habuiſſe. Et eadē ratione diſpenſatiue conceſſit
eis tunc ſacculū et perā pro ſeipſis. Ex quibus patet etiā
q̄ illi duo gladij nō fuerunt apoſtolorū quoad ꝓprietatē
et dominiū: qm̄ vt dictū eſt: apoſtoli ante chriſti paſſionē
nō portabāt gladios: nec arma alia: nec tūc illos gladios
emerāt ſeu alio modo acquiſierāt: q: ſtatim quū chriſtus
dixit: Qui non habet: vendat tunicam ſuam et emat gla/
diū: Petrus imediate rn̄dit dn̄o: Ecce gladij duo hic. Et
infra inter verba chriſti et reſpōſionem Petri nō potuiſ/
ſent apl'i illos gladios emere: nec alio mō acquirere: ergo
predicti gladij nō fuerūt apoſtolorū quoad dn̄ium: ſed ſo
lū diſpēſatiue quoad vſum. fuerūt aūt vel illius hoſpitis
vbi cenauerāt: vel alicuius alterius pſone q̄ eos adduxe/
rat. vn̄ nec Petrus dixit: Nos habem' duos gladios: ſed
dixit: Ecce duo gladij hic. que nō fuerant verba ꝓprij: ſed
plus alieni dn̄ij. Nec obſtat q̄ chriſtus dixit Petro: Con/
uerte gladiū tuum in locum ſuum: vt Math. xxvj. quia
ſicut chriſtus dixit Petro: Conuerte gladium tuum: ita
dixit ſibi: in locum ſuum: et tamen locus gladij non fuit
gladij quoad dominium: ſed quoad repoſitionem et rece
ptaculū. Ita gladius fuit dictus Petri nō quoad dn̄ium:
ſed quoad diſpēſationē et miniſterium. Item nō eſt veri/
ſimile/ q̄ chriſtus dei filius iret diſcalciatus et nudis pedi
bus: et apl'i hoīes plebei incederēt calciati. hoc em̄ fuiſſet
valde reprehenſibile et confuſibile in apoſtolis/ maxime
poſtq̄ fuerūt miſſi ad predicandum. Nam em̄ dn̄s et magi
ſter incederet diſcalciatus: et diſcipulus et ſeruus ince/
deret calciatus/ fuiſſet monſtroſum et irrationabile: ſed
chriſtus omni tēpore poſtq̄ incepit predicare: inceſſit di/
ſcalciatus ſiue eundo ad predicandū: ſiue redeūdo a pre/
dicatione: ergo et apoſtoli ſimiliter: et ꝑ conſequens prece
ptū de nō portando calciamenta/ nō fuit ad tēpus: ſed ꝓ
ſemꝑ. Et eadē ratione preceptū de nō portando pecu/
niam/ nō fuit ad tēpus: ſed ꝓ ſemꝑ et cōtinuo: niſi forte in
caſu neceſſitatis. Maior ꝓpoſitio eſt clara. Minor ꝓpo
ſitio ptz: qm̄ chriſtus q̄n iuit ad domū phariſei vt mandu
caret cū illo: ſicut legitur Luce. vij. tūc nō iuit ad predicā/
dum: ſed ad cōuiuandū: ſed tunc mulier que erat in ciuita
te peccatrix/ lachrymis rigauit pedes chriſti: et capillis ca
pitis ſui terſit: et oſculata fuit pedes eius: et vnguento vn/
xit pedes eius: vt Lucas refert: ſed tunc cōmode et cōue/
nienter predicta mulier nō potuiſſet lachrymis pedes ei'
rigare: nec capillis tergere: nec oſculo pedes eius oſcula/
ri: nec vnguento pedes eius vngere/ ſi chriſtus calciatus
fuiſſet. nec legitur q̄ ſe tunc diſcalciauerit: aut mulier (qd'
fuiſſet indecens) aut alius eū: ergo tunc erat diſcalciat'.
Similiter in bethania ante ſex dies paſce/ quādo diſcum/
bebat cū lazaro et martha miniſtrabat: ſicut legit' Ioan.
xij. tūc chriſtus nō iuerat ad predicandum: ſed ad cenan/
dū: ſed tunc maria effudit vnguentū ſuꝑ pedes ieſu: et ca
pillis ſuis terſit. que ſimiliter ꝯuenienter facere nō potuiſ
ſet: niſi chriſtus ꝓ tunc diſcalciatus fuiſſet: ergo tunc chri
ſtus diſcalciatus erat. Similiter in cena/ q̄n lauit pedes
diſcipulorū: tūc nō ibat ad predicandū: ſed tūc legit' Ioā.
xiij. depoſuiſſe veſtimēta ſua: et iterū reaſſumpſiſſe ea: nō
autē calciamēta: et tn̄ nō eſt dubium/ q̄ erat diſcalciatus/
ſicut erant apoſtoli quorū pedes lauit: vt ſe eis cōformi
emendatur:hic peccatorū auferuntur exordia.vnde ⁊ Am-
broſius de ſancto Joſeph dicit/ꝙ propterea chriſtus pro-
hibuit diſcipulos non portare virgam:vt inſtrumenta eri-
peret vltionis.xi.q.iij.ira.⁊ Aug⁹ ſuper prece.verbo/non
reſiſtere malo/dicit ſic:Non ait non reddere malum pro
malo:ſed non reſiſtere aduerſus malum:vt non ſoluz nō
rependas quod tibi fuerat irrogatum:ſed etiam non reſi-
ſtas qn aliqd irrogetur.hoc eſt quod conſequenter expo-
nit:ſed ſiquis te percuſſerit in dexterā maxillam:prebe ei
et alterā.vbi etiam Aug⁹/Docet ergo dominus medicus
animarū:vt diſcipuli eorū quorū ſaluti cōſulere vellent:
imbecillitates equo animo tolerarēt.omnis nam impro-
bitas ex imbecillitate animi venit:q2 nihil innocenti⁹ eſt
ab eo qui in virtute pfectus eſt.Ibi etiam Aug⁹.Omnia
autem in quib⁹ improbitatem aliquā patimur:in duo ge-
nera diuidunt.quoꝝ alteruz eſt quod reſtitui non poteſt:
alterum quod poteſt.ſed in illo quod reſtitui non poteſt:
vindicte ſolatium queri ſolet.Quid em̄ prodeſt ꝙ percuſ-
ſus repercutis:nunquid propterea illud quod in corpo-
re leſum eſt:reſtituitur?ſed timidus et vilis animus talia
fomenta deſiderat.Item ibi Chryſoſtomus.Nūquid au-
tem ſi repercuſſeris eum compeſcuiſti eum vt te non per-
cutiat:ſed magis excitaſti eum vt adhuc percutiat.nam
iracundia per iracundiam non compeſcitur:ſed amplius
irritatur.Item ibi Aug⁹.Tenebitur ergo in hoc iniuriaꝝ
genere iſte modus a chriſtianis:vt accepta iniuria nō ſur-
gat odium:ſed paratus ſit animus plura perpeti:nec cor-
rectionem negligat.xxiij.q.iiij.quiſquis.cum.c.ſeq.que vel
conſilio vel authoritate vti poteſt.propter quod etiā apo-
ſtolus ad Rom.xij.c.chriſti preceptū ſequens ſcribit:Nō
vos defendentes chariſſimi:ſed date locum ire.xxiij.q.j.§.
j.vbi dicit gloſ.Ille dat locum ire:qui aduerſarium pmit-
tit facere quod vult.Et ſi viris perfectis non licet ſe corpo-
raliter defendere:vt tot originalia probant propter virtu-
tem patientie cōmendandam et dilectionez proximi/quē
debemus in amore chriſti cunctis rebus tēporalibus pre-
ferre/etiam vite corporali/extollendam.Eadem ratione
non licet viris perfectis iudicialiter defendere et conten-
tioſe res ſuas tēporales propter virtutē paupertatis cō-
mendandam et dilectionem proximi:quem debemus in
amore chriſti cunctis rebus tēporalibus preferre et ante-
ponere.ad hec.xxiij.q.j.§.j.c.niſi bella.et.q.iij.§.j.⁊ legitur
et no.ex de homici.ſuſcepimus.Et ideo ſicut chriſtus et
apoſtoli nūꝙ repercuſſerunt excepto Petro:qui in hoc
peccauit:vt.s.d.Item ibi Aug⁹.dixi:⁊ cui ilico dictum eſt:
Conuerte gladium in vaginam:Ita chriſtus et apoſtoli
pro rebus temporalibus:quibus pax fraterna preferen-
da eſt:nūꝙ in iudicio litigauerunt:nec contenderūt:nec
eorū ſtatui cōperit.Et ideo ſicut chriſtus dixit non eſſe re-
ſiſtendum malo:ita dixit non eſſe contendendum in iudi-
cio.et ſub eadem lege precepti interdixit vtrumꝙ immo
vnuz cōprehenditur ſub alio:q2 non ꝯtendere in iudicio/
eſt quoddam nō reſiſtere malo.Similiter ſicut apoſtolus
dixit Rom.xij.Non vos defendentes chariſſimi ſed date
locum ire.Ita dixit.j.Cor.vj.Jam quidē delictū eſt in vo-
bis ꝙ iudicia habetis inter vos:Quare non magis iniu-
riam accipitis:quare nō magis fraudem patimini?Ideo
ſm preceptum chriſti percuſſi in vna maxilla/citius de-
bemus ſuſtinere ꝙ percutiamur in alia maxilla:ꝙ repcu-
tiamus.Item ſm preceptum eius ſpoliati tunica citi⁹ de-
bemus permittere ꝙ ſpoliemur pallio/ꝙ iudicio conten-
damus.Et eadē ratio eſt vtrobiꝙ:q2 ſicut minus:imo nec
malū eſt ex parte patientis/niſi malū pene.de quo malo
Eſa.xlv.ibi.Creans malū.⁊.xxiiij.q.iij.quidā.d.colicianī.

malū eſt pcuti in altera maxilla/ꝙ repercutere:ideo citi⁹
debemus eſſe parati ad ſuſtinendum in altera maxilla:ꝙ
repercutiamus:ita minus malū eſt dimittere palliū ꝙ cō-
tendere in iudicio per qđ abijcit vel remittitur pax cū p-
ximo:ideo dimiſſio pallij intelligēda eſt quoad pparatio-
nem animi:ſed declinatio iudicij contētioſi et litigij intel-
ligenda eſt ſimpliciter quoad executionē opis.Et ideo ſi-
cut corporalis defenſio permittitur ſm veniā infirmis et
imperfectis:prout patet Luce.xxij.vbi chriſtus conceſſit
apoſtolis ſm veniam/ꝙ poſſent circa tempus ſue paſſio-
nis pPter ipſoꝝ infirmitatem ſumere gladios ad eorum
defenſionē:ita in iudicio contēdere et litigare pro tpalib⁹
rebus pmittitur ſm veniam infirmis et imperfectis:ideo
apoſtolus.j.ad Cor.vj.⁊.xj.q.j.§.ex his omnibus.ſecula-
ria igitur iudicia ſi habueritis:cōtemptibiles qui ſunt in
eccleſia cōſtituite ad iudicandum.que verba pertractans
Grego.xix.li.moral.ſic dicit.Quia ſpūalia bona non cape-
rēt ſi terrena eos negotia deperiſſent.longe autē permi-
ſit dicēs/Contēptibiles qui ſunt in eccleſia illos ꝯſtituite
ad iudicādū.ac ſi aperte dicat:qui minoris ſunt meriti in
eccleſia:⁊ nullis magnorū donorū virtutibus pollēt:ipſi
de terrenis negotijs iudicent:quatenus p quos magna
nequeant bona:ſuppleant minora.quos et contemptibi-
les nominat:⁊ tamē ſapientes noīat quū dicit ſic.Nō eſt
ſapiens quiſꝙ inter vos qui poſſit iudicare fratrem ſuuz.
Qua ex re quid colligitur/niſi vt hi terrenas cauſas exa-
minent:qui exteriorū rerū ſapientiam perceperunt.q̄ au-
tem ſpiritualibus donis ditati ſunt:profecto non debent
negotijs implicari:vt dum nō cogunt inferiora bona diſ-
ponere exercitati valeant bonis ſuperioribus deſeruire.
hec Grego.Et ſi iudices immediati rerum temporalium
ſiue ſecularium:qui ad hoc conſtituunt/vt dirimant lites
et litigia ac cōtentionum certaminis finem ponant.vt.C.
de agrico.⁊ cen.litibus.ex de re iud.iurgantiū.⁊ de do.et
cō.finem.vbi de hoc.⁊.c.ſi.ex de tranſac.c.vltimo.vbi de
hoc.⁊.v.q.ij.ſi primates.nō debent eſſe ſupremi et hono-
rabiles:ſed infirmi et contemptibiles in eccleſia:quanto
magis ſupremi et perfecti in eccleſia nō debent ꝯtendere
et litigare.vtiꝙ quātomagis diſtrahit a perfectione cōtē-
dere in iudicio et litigare ꝙ cōtentionem et litigium diri-
mere ⁊ interimere.iudices em̄ pacem et cōcordiam ferūt
ꝓcurant ⁊ nutriunt.xc.di.c.penul.⁊ vlti.ex de treu.⁊ pa.c.
j.litigantes vero ac contendentes rixas et diſcordias pa-
riūt et accendunt.illi em̄ omne bonū ꝓſpectant:iſti bona
ꝓpria affectant et querunt.Item Aug⁹ pertractās predi-
cta verba apoſtoli in enchiridion.xliiij.c.dicit ſic:Nā ⁊ hic
poſſet putari iudicium habere aduerſus alterū non eſſe
peccatum:ſz tantūmodo ſi extra eccleſiam vellet iudicari:
niſi ſecutus adiungeret.Jam quidē oīno delictum eſt in
vobis:quia iudicia habetis vobiſcum:⁊ ne quis ita excu-
ſaret et diceret ſe iuſtum habere negotium:ſed iniquita-
tem pati:quam velit a ſe iudicij ſententia remoueri:conti-
nuo talibus cogitationibus vel excuſationibus occurrit
atꝙ ait:Quare nō magis iniquitatē patimini?quare nō
potius fraudamini:vt ad illud redeat qđ dñs ait Mat.
v.xiiij.q.j.§.j.Si quis voluerit tunicam tuam tollere:⁊ in
iudicio tecum contendere:dimitte ei ⁊ pallium.⁊ alio lo-
co Luc.vj.Qui abſtulerit inquit tua:noli repetere.Pro-
hibuit itaꝙ ſuos de ſecularibus cuz alijs habere iudiciū.
Ex qua doctrina apoſtolus dicit eſſe delictū:tn̄ quū finit
in eccleſia talia iudicia:finiri inter fratres fratrib⁹ iudicā-
tibus:ex eccleſiā vero terribiliter vetat.Manifeſtum eſt
etiam hic quid ſm veniam cōcedatur infirmis.ppter hoc
itaꝙ atꝙ huiuſmodi pctā ⁊ alia:licet his minora:oportet
vt quotidie crebroꝙ orem⁹ dñm/atꝙ dicamus Mat.vj.
de peni.diſt.j.in actione.⁊ diſt.iij.de quotidianis.Dimitte
nobis debita nr̄a.hec Aug⁹.Et ita ſm Auguſtinū non li-
cet perfectis litigare:infirmis aūt cōceditur ſm veniā:ſz
nō fraudulenter ⁊ cum ſcandalo.vnde.j.ad Theſſalo.iiij.
Neꝙ circūueniat fratrē in negotio.⁊ Mat.xviij.Ve illi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per quē ſcandalū venit.ex̄ de noui oper.nunt.cū ex iniun-
cto.⁊ Luc.xix. Siquid aliquē defraudaui:reddo quadru-
plū.xij q.ij.cū deuotiſſimā.⁊.c.in antiquis.⁊.c.in legibus.
Item ad hoc eſt gloſ.ſequēs intentionē beati Auguſtini/
q̄ ſic dicit ſup illud.j.ad Coꝛ.vj. Jam oīno delictū eſt in vo-
bis ⁊c.Gloſ.interlinearis.Ex hoc ſolo ꝙ iudicia habetis.
pctm̄ eſt em̄ litigare quū pateſſe debeat. Item gloſ.con-
tinua. Peccatū ē iudicia habere cōtra alios:ſʒ ne excuſes
ꝙ hoc iuſte agis:occurrit:quare nō magis iniuriam acci-
pitis:vnde dn̄s Luc.vj.Qui abſtulerit tua noli repetere.
ſʒ tn̄ hic ſm veniam infirmis cōcedit apoſtolus.hec gloſ.
et ſic in fi.determinat.Ut autē p̄dicta verba Auguſtini in
quibus ait peccatū eſt iudiciū habere cōtra fratres/ſane
intelligant:dicendū quid in huiuſmodi liceat pfectis:et
quid nō.et q̄d infirmis:et quid nō pfectis.Igit licet repe-
tere ſua ſimpliciter/ſine cauſa/ſine lite/ſine iudicio:ſʒ non
cōuenit eis inde mouere cauſam añ iudicē.Infirmis vero
licet repetere ſua mouēdo cauſam ante iudicē et iudiciuʒ
habendo cōtra fratrem:ſʒ nō cōtentioſe vel fraudulēter:
nec apud infideles iudices.hec gloſ.Nec obſtat gloſ.per
opponentē allegata ſup verbo apoſtoli/Oia mihi licent
j.ad Coꝛ.x.i.omnia mea licet repetere:q: vt ex pꝛemiſſis
apparet:gloſ.loquit ibi de modo repetendi ſua ſimplici-
ter ſine litigio iudicio ⁊ contētione. Itē ad hoc eſt Remi-
gius ſup dictis verbis apoſtoli ſic dicens:Duplicatq; pec-
catū:⁊ ꝙ litigant:⁊ ꝙ in pſentia infidelium litigant:a q̄-
bus blaſphematur nomē chꝛiſtianitatis.Jam quidē oſtē-
ſum peccatum eſt in vobis/ꝙ iudicia habetis inter vos.
accuſatio litē:lis diſcoꝛdiā:diſcoꝛdia odiū generat.ne foꝛ-
te illi dicerent oīno peccatū eſt ſi mea requiro:ideo apo-
ſtolus dixit:In veritate oīno delictum eſt in vobis/q̄ con-
tra pꝛeceptū dn̄i agitis:qui dixit Luc.vj.Si quis aufert q̄
tua ſunt ne repetas.⁊ qui vobis pacem ſuam cōmenda-
uit:quare non magis dānum ſuſtinetis:vt pꝛeceptum do-
mini cuſtodiatis.hec Remigiꝰ.Item ad hoc eſt Chꝛyſo-
ſtomus ſup Mattheū dicēs.Indigna res eſt vt hō fide-
lis ſtet in iudicio ante cōſpectū iudicis infidelis.vel ſi fi-
delis certe ſecularis et qui te venerari debuerat ꝓpter di-
gnitatē fidei:iudicat te ꝓpter neceſſitatē cauſe:⁊ pdes di-
gnitatē chꝛiſti ꝓpter negotiū mundi.Deinde omne iudi-
ciū irritatio coꝛdis eſt:et cogitationum malarū.nam ſi vi-
deris ꝙ cauſa tua fraudibus aut pecunijs expugnetur:et
tu ſimiliter cauſe tue adeſſe feſtinas.et ſi ab initio hoc cō-
ſilium nō habuiſti.Itē idem ibidem.Si ſemel iudiciū in-
greſſus fueris:iā non cogitas vt veritas cauſe appareat:
ſed vt quōcūq; victoꝛ exiſtas.vnde et in Pꝛouerbio.xij.c.
Qui negligit dānum ꝓpter amicum/iuſtus eſt.Iter autē
impioꝛū decipiet eos.ergo a ſenſu ꝯtrario/q̄ nō negligit
dānuʒ ꝓpter ꝓximū:ſicut ille qui iudicialiter ſua repetit:
nō eſt perfectus perfecta iuſtitia.vnde gloſ.inter.dicit ibi.
pꝛopter amicū.i.ꝓpter chꝛiſtū/qui dixit Joā.xv.vos ami-
ci mei eſtis.Iter autē impioꝛū.gloſ.interlinearis.qui vel
ſua retinere:vel aliena rapere gaudent. Item gloſ.dicit
ibi ſic.Si hoc ad literā accipit:quātomagis eſt dignus co-
rona iuſtitie q̄ pꝛopter deum/q̄ dixit Luc.xij.⁊ Matth.x.
Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occi-
dunt coꝛpus:vel qui vendens oia dat pauperibꝰ/Mat.
xix.vel rapina bonoꝛū ſuoꝛū cum gaudio/Heb.x.patitur:
vel carnē ſuam moꝛti tradit.Joā.xij.Hoc etiā apparet in
Abꝛaam qui pꝛius elegit ius ſuū ꝓpꝛium/qd̄ in pꝛeda de
manibus hoſtium erepta tēpoꝛaliter acquiſierat.xxiij.q.
v.dicat.j.diſt.ius militare.totaliter dimittere:ꝙ honoꝛem
ſui nominis quoquo mō vellet tēpoꝛali cōmodo inclina-
re ſeu humiliare.Geñ.xiiij.vbi dicit:Leuo manum meam
ad dn̄m meū excelſum poſſeſſoꝛē celi et terre/ꝙ a filo ſub-
tegminis vſq; ad coꝛrigiam calige non accipiam ex omni-
bus que tua ſunt:ne dicas ego ditaui Abꝛaam.Iſaac etiā
patriarcha maluit iure putei q̄ ex paterna ſucceſſione/et
pꝛopꝛia acquiſitione ei debebatur cedere:ꝙ contentioni
deſeruire.Geñ.xxvj.vbi etiam puteum pꝛo quo non acci-
dit contentio merito appellat latitudo.quia plena latitu-
do iuſtitie non poſſidetur niſi in manſuetudine pacis/foꝛ-
ras dimiſſa tempoꝛalium contentione.vnde et pſ.cxviij.
Latum mādatū tuum.ideſt charitatis ⁊ pacis nimis.ſci-
licet ad amicos et inimicos noſtra tollentes.ex̄ vt li.non
con.accedens.ij.⁊.ij.ad Coꝛ.vj.Coꝛ noſtrum dilatatum
eſt.⁊.j.dilatamini et vos.Hinc etiam de pꝛima multitudi-
ne credentium ſcribitur Act.iiij.et.xij.q.j.c.ij.ꝙ erat eis
coꝛ vnum et anima vna:et omnia communia.nec erat liti-
giū nec contentio inter eos ⁊c.ſed plena concoꝛdia/et pa-
cis tranquillitas.et implebatur pſ.cxxxij.Ecce ꝙ bonum
et ꝙ iocundum habitare fratres in vnum.vt pꝛe.c.ij.Ni-
mirum ſupꝛa modum eſt iocundum et delectabile abſq;
omni tempoꝛalium queſtione litigio et contentione vna-
nimiter et pacifice viuere:nihil in hac vita felicius:ideo
merito ciuitas in qua hec iocunda quies et vnitas pꝛeceſ-
ſit hieruſalem.i.viſio pacis dicta eſt.hinc apoſtolus.j.ad
Coꝛ.xiij.Charitas non querit que ſua ſunt.Et ſi perfecta
charitas de qua apoſtolus ibi loquitur:non querit q̄ ſua
ſunt:quātomagis perfecta charitas non repetit iudicia-
liter que ſua ſunt:quum nihil maxime pꝛopꝛium habeat.
vt.ſ.pꝛobatum eſt.Si enim perfecta charitas ſua non q̄-
rit:quomodo ſua litigando requirit:hinc Phil.ij.Nō que
ſua ſunt ſinguli conſiderantes:ſed que alioꝛū.facit.xiij.
diſt.noſſe.Omnis enim lis et contentio per iniquitatem
extitit introducta.ſi enim homo non peccaſſet:nulla de ta-
libus fuiſſet q̄ſtio litigiū nec cōtentio.Chꝛiſtus autē redu-
xit apoſtolos et apoſtolicos viros quantū ad cōtemptū
tēpoꝛaliū/ad rectitudinis pꝛime ſtatum:vt expꝛeſſum eſt
xij.q.j.c.ij.quare ſicut in ſtatu innocentie nulla fuiſſet que-
ſtio de tēpoꝛalibus:ita nec apoſtolis ac viris apoſtolicis
ad ſtatum innocentie quoad hoc reſtitutis/licuit in iudi-
cio contendere:aut pꝛo talibus litigare.vnde chꝛiſtus li-
cet in maxilla percuſſus oſtenderit nō fuiſſe percutiendū:
cum bis in paſſione ſpoliatus nihil reclamauit.Joā.xix.
Quā graue ſit cōtendere ex hoc apparet/ꝙ per illud do-
nū cōcoꝛdie amittit:qd̄ in vobis ſpūſſanctus pꝛecipue di-
ligit.xxiiij.q.j.§.ſi aūt.vnde et in colūba apparuit.Joā.j.
de cō.diſt.iiij.aliquid.Iracundi em̄ ſuſcitant lites et con-
tentiones.Eccli.xxviij.et Phil.ij.Nihil per contentionē.
j.ad Coꝛ.xj.Si quis videtur cōtentioſus eſſe:nos talem
conſuetudinē non habemus:nec eccleſia dei.ij.Timoth.
ij.Seruum dei litigare nō opoꝛtet.ex̄ de ſindico.c.vnico.
Pꝛouerb.xvj.Homo peruerſus ſuſcitat lites.Omnis lis
etiā iudicialis ex aliqua radice auaritie eſt.Jaco.iiij.Vn
bella et lites in vobis:nonne ex cōcupiſcētijs veſtris:vn
et Seneca.Quietiſſimam vitam ducerēt homines:ſi hec
duo tollerētur de medio/meum et tuum.pꝛo hoc facit/
xj.q.j.te quidē.et.§.ex his.xiiij.q.j.§.j.⁊.§.quia erga.xvj.q.
j.de pſentium.Item apoſtolus ad Ephe.v.Redimentes
tēpus:quoniā dies mali ſunt ⁊c.vbi Augꝰ.Tempus redi-
mit qui perdit.i.dat de ſuo vt vacet deo:quaſi det nummū
vt habeat vinum.et iſta eſt quedā tempoꝛis redemptio:
vt ſiquis vult tecum in iudicio contendere poſt tunicam
dimitte pallium:vt habeas coꝛ quietum.¶ Qd̄ vero obij-
citur ꝙ iſta pꝛecepta fuerunt data generaliter in monte
Matth.v.et omnibus perfectis et imperfectis.verū eſt:
ſed non vnifoꝛmiter:quia apoſtolis et viris perfectis fue-
runt iniuncta ſimpliciter et abſolute:alijs vero fuerūt in-
iuncta quodāmodo ſm quid et ſub conditione/ſcʒ ſi vel-
lent abſq; peccato viuere:et ad perfectionem virtutis at-
tingere.vnde alijs magis fuerunt conſilia ꝙ pꝛecepta.ap-
petētibus perfectioneʒ pꝛecepta.vnde Augꝰ.Sed tu lon-
ge es a peccato iniuſti exactoꝛis:quo omnino non exigis
debitū.ideoq; bonꝰ magiſter ait:Qui percuſſerit te in vnā
maxillam:pꝛebe ei et alteram.Matth.v.xiiij.q.j.qd̄ debe-
tur.Item Augꝰ.Quiſquis pꝛeceptis nō obtēperat:reus
eſt cōſilio.ſi vti volueris minus boni adipiſceris:non ma-
li aliquid perpetrabis.xiij.q. .quiſquis. ¶ Item qd̄ op-
ponitur de verbo dn̄i loquētibus ſibi diſcipulis.Matth.

xviij. Si peccauerit in te frater tuus. et.ſ. dic eccleſie. er
go apoſtolici viri et apoſtoli poſſunt conqueri eccleſie de
ſibi iniuriantibus ⁊ ſuas res auferentibus. Dicendum ꝙ
iſtud eſt potius contra opponentem: q2 dominus loquit̄
ibi de modo et ordine correctionis fraterne: que eſt ſiēda
intuitu fraterne charitatis: ⁊ nō intuitu ꝓprie vtilitatis.ij.
q.j. ſi peccauerit. vbi de hoc.xlv. diſt. ſm illud. ex̄ de iudic.
nouit. et legit̄ et no. ex̄ de hereti. cum ex iniuncto. in gloſ.
ad hanc. Necem̄ admonendus eſt ſecreto frater et poſt
modum denūtiandus eccleſie propter aliquod cōmoduꝫ
tēporale: vt opponens in ſuo medio implicat: ſed propter
lucrū anime ſpūale. vnde dicit̄ ibi: Si te audierit lucrat⁹
eris fratrem tuū. non recuperes veſtem tibi ablatam: vel
aliam rem temporalem. vnde Aug⁹ ibi. Si propter te id
facis: nihil facis. ſi autē amore illi⁹ facis: optime facis. De
inde ꝙ inſtat ꝙ apoſtolus.j. ad Cor.vj. quum dicit. Jam
omnino delictū eſt in vobis: ꝙ iudicia habetis inter vos.
non loquitur viris perfectis: ſꝫ loquit̄ Corinthijs: qui nō
reliquerāt: ſed ſibi retinuerāt bona ꝓpria tēporalia. nō fa
cit pro ipſo: ſed magis cōtra: quoniā ſi habere iudicia de
rebus temporalibus eſt peccatū aliqd̄ infirmis et imper
fectis: nec eis licet niſi ſm veniam: multo magis eſt pecca
tū ꝑfectis: nec eis licet. quod eſt cōtra opponentē. Qz au
tē apoſtolus loquitur ibi de iudicio rerū tēporalium vni
uerſaliter et abſolute / ſiue cum fraude ſiue abſq3 fraude /
patet: q2 de tali iudicio loquit̄ ibi apoſtolus: quale conce
dit ſeu permittit ibidem ipſis Corinthijs: ſꝫ apoſtolus cō
cedit ſeu ꝑmittit ibi Corinthijs iudicia ſine fraude: ⁊ non
iudicia cum fraude. qd̄ patet in eo qd̄ dicit / Judicia igitur
ſecularia ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in eccle
ſia / illos cōſtituite ad iudicandum. qd̄ manifeſtum eſt in
telligere de iudicijs bona fide abſq3 fraude: q2 iudicia cū
fraude non cōcedit dicens ibi: An neſcitis quia iniqui re
gnum dei nō poſſidebūt: et ita omne iudiciuꝫ litigioſum /
ſiue cum fraude / ſiue ſine fraude / implicat ad peccatum:
et per conſequens repugnat viris perfectis. vnde directe
reprehendit in iudicio contentionem quū dicit: Sed fra
ter cum fratre in iudicio contendit. ex qua cōtentione cō
tinua ſubiungit. Jam omnino delictum eſt in vobis / ꝙ iu
dicia habetis inter vos. nulla de fraude et dolo: ſed ſoluꝫ
de contentione prehabita mentione. Jdeo dicit: Jam de
lictum omnino eſt in vobis ⁊c. quaſi diceret / habere iudi
cia fraudulenta hoc eſt vituperabile apud omnes gētes
etiam infideles: ſed apud nos eſt vituperabile habere q̄
cūq3 de tēporalib⁹ iudicia ſiue fraudulenta ſiue non frau
dulenta: ideo citius deberetis pati iniuriam vel fraudeꝫ /
q̄ pro tēporalibus in iudicio contēdere. Jſtam perfectio
nis doctrinam ſequentes olim ſancti anachorite egyptij
nedū illud pauperculū modicū quod habebant eis ſub
tractū in iudicio non repetebant: ſed nec furibus eis ſub
trahentibus et ſcientibus ipſis aliquid dicebant. vnde de
Machario legitur / ꝙ quum ſemel ad cellam ſuam reuer
teretur: et ibi inueniſſet furem tollentem qd̄ in cella habe
bat: ſtetit tāq3 peregrinus carirans aīal cum illo latrone
de rebus ſuis cum multa patientia: ⁊ perduxit eū dicens.
Nihil in hunc mundum intulimus.j. Timoth.vj. Dn̄s de
dit: dn̄s abſtulit: ſicut ipſe voluit ita factum eſt. benedict⁹
deus in omnibus. Job.j. De quodam alio ſene legitur / ꝙ
quū quidā alius frater vicinus ſuus ſepe ſibi furaret̄ de
his que in cella habebat: ⁊ ipſe videret illum: non argue
bat ſenex: ſed amplius operabatur dicens / puto frater ille
neceſſarius eſt. habebat ergo ſenex magnā tribulationē
et penuria panis. Quū aūt moreret̄ et circūdediſſent eū
fratres: ſenex vidit illum fratrē q̄ ſolebat ei furari: et dicit
ei: Accede ad me frater: et apprehēdit eius manus ⁊ oſcu
labatur dicens: Gratias ago manibus iſtis fratres: q2 ꝓ
pter eas arbitror me iturum in regnum celorum. Jlle au
tem frater compunctus corde et agens penitētiam / fact⁹
eſt et ipſe ſtrenuus monachus. Alius frater requiſiuit ſe
nē dicens: ſi mihi debet paucos nūmos frater: iubes vt re
petam eū? Cui ſenex. ſemel tm̄ dic ei cū humilitate. at ille:
ꝙ ſi ſemel ei dixero ⁊ nihil mihi reſpondeat: quid faciam?
Tunc ſenex. vlterius nihil dicas ei. At ille. Et quid faciam
quia non poſſum vincere cogitationes meas niſi illi fue
ro importunus. Cui ſenex. dimitte cogitationem tuaꝫ cre
pare. tantūmodo fratrem tuum ne contriſtes quia mona
chus es. Ergo viris perfectis pro re aliqua temporali liti
gare nō licet. Legitur etiam in vitis patrū / ꝙ quum tres
anachorite iuiſſent ad metendum ſub certa mercede: et
vnus eorum fuiſſet infirmatus: alij duo inuitabant eū re
cipere partem mercedis. ipſe vero dicebat ꝙ non debebat
habere partem: quia non laborauerat. Alius anachorita
determinauit hanc queſtionem charitatiue / ꝙ reciperet
partem. quam cuꝫ planctu recepit ille infirmus. ¶ Jtem
Luce.vj. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum etiam tuni
cam noli prohibere. vbi Cyrillus. Hec eſt enim virtus ani
me: que omnino auerſa eſt a paſſione cupiditatis diuitia
rum. decet enim eum qui pius eſt: et obliuiſci malorum: vt
et ea quibus charos amicos iuuamus: perſequentibus
cōferamus. Jtem ibi. Luce.vj. Et qui aufert que tua ſunt:
ne repetas. Chryſoſtomus. Adeo percipimus omnia. ꝙ
autem dicimus meum et tuum / nuda tm̄ ſunt verba. Si
nāq3 domum tuam aſſeris: emiſiſti verbum carens ſubſi
ſtentia rei. Nam et aer et ſolum et cementum creatoris
ſunt. tu etiam ipſe qui domum conſtruxiſti: ſed etſi tuua
ſit vſus: nō ſolū ꝓpter mortē: ſed etiā ꝓpter rerū euētus
aīa tua non poſſidetur a te. et quo pacto tue reputabunt̄
opes: vult autē deus tua fore que tibi ꝓ fratrib⁹ credita
ſunt. q̄ poſſides tua nō ſunt: niſi ꝓ alijs diſpēſaueris. ſiūt
aūt tua: ſi pro alijs diſpenſaueris. Si vero tibi affluenter
expēderis: que ſunt tua iam facta ſunt aliena. Sed ꝓpter
nefandā opus cupidinē hoīes in curijs contixant̄. cōtra
qd̄ chriſtus dicit: Et q̄ aufert que tua ſunt: ne repetas. vbi
etiā Aug⁹. Qd̄ de veſtimento domo iumento fundo ⁊ ge
neraliter oī pecunia dicit. hec Aug⁹. Perfect⁹ ergo paup ſicut
erāt apl̄i q̄ oīa ꝓpter deū dimiſerūt: non litigat ſup re ſibi
ablata. et ſi litigat: iā cupiditate aliqua ligatus eſt. ⁊ ideo
perfectus pauper non eſt: quia perfectus pauper nihil ſi
bi appropriat: ſed oībus omnia cōmunicat: ⁊ ſemꝑ ad tē
pus innocētie: quo omnia erant cōmunia: ſe reducit. diſt.
viij. §.j. ⁊. xij.q.j.c.ij. hoc em̄ eſt ꝓprium ꝓprie veri ⁊ ꝑfecti
et euangelici et apoſtolici pauperis: nihil ſup terram ha
bere ꝓprium: nec in vſu rerū quib⁹ vtit̄ ꝓprium facere. vn̄
et malus religioſus quū ꝓpriū habere non poſſit: vt. xij.
q.j. nolo. ⁊.c. non dicatis. cōtra naturā vſus in vſu ſibi ꝓ
prium cōſtituit: et ideo contra ſtatum regularē viuit: cui
annexa eſt oīs ꝓprietatis abdicatio. ex̄ de ſta. mona. cū ad
monaſteriū. §. ſi. Nec glorieт ſe vacuo noīe non habere: ſi
qd̄ habet ꝓ ſolo vſu / alijs non communicat quum nō vti
tur: quia factis verbis cōtrarius eſt: et ideo realiter ꝓprie
tarius eſt. xij.q.j.c.ij. et.c. quia tua. ⁊.c. ſcimus. vnde de eo
ꝓprie dicit̄ ad Titū.j. Cōfitet̄ ſe noſſe deū. ſubaudi in ob
ſeruantia regulari. factis aūt negat. q2 ꝓprietarius eſt nō
cōmunicādo quod habet quum neceſſario nō vtitur. hoc
optime probat̄. xxij.q.v. cauere. ⁊. xij.q.j. nolo. vnde verū
et perfectū pauperem euangelicum: quales erant apoſto
li: deſcribens Climacus in gradu. xvj. de victoria auaritie
dicit / ꝙ pauper operator nō habet affectum ad aliquid vi
tioſe qd̄ habet: ⁊ ei aduenientia quaſi nō eſſent reputans.
ſi vero in aliquo contriſtatur: nondum pauper eſt factus.
Qui contēnit malos liberabitur a cōtradictione verbo℞
et litigatione. amator poſſidendi pro actu vſq3 ad mortē
pugnat. Non erat in Job veſtigium auaritie. hinc om
nibus priuatus imperturbatus manſit. Job.j. huculq3
Climacus. Jtem in vitis patruꝫ legitur / ꝙ quum duo pa
tres ſimul manerēt: dixit vnus alteri: faciam⁹ ⁊ nos vnaꝫ
litē ſicut ⁊ alij hoīes faciūt. Dixit alter. neſcio quēadmo
dū ſit lis. dixit ille. Ecce ego pono vnū laterem in medio:
et dico / quia meus eſt. et tu quia nō eſt dic tuus: ſed meus.
Et ex hoc ſit contentio et rixa. Et dum poſuiſſent la

terem in medio: dicēte vno quia meus eſt. ille alter primū reſpōdit: ego meū eſſe ſpero. quū ille alter iterum diceret. nō eſt tuus ſed meus. tunc ille reſpōdit. et ſi tuus eſt tolle eum. quo dicto non inuenerūt quēadmodum litigarent Item in vitis patrū/ Venerūt latrones in cella cuiuſdam ſenis dicentes: omnia q̄ in cella tua ſunt: venimus tollere. Reſpondit ſenex quantū vobis placet filij tollite. Tollentes ergo quicq̄d inuenerūt abierunt. Remanſit autē ſaccellus in abſcondito: quem tollens ſenex inſecutus eſt eos/ clamans filij tollite qḋ obliti eſtis. Illi vero admirātes patientiā ſenis/ reuocauerunt eū: ꝛ penitētiā egerūt/ reſtituētes que abſtulerāt: dicentes hic hō dei eſt. Unde pulchre clemens dicit in canone. xij. q. j. c. ij. ſed per iniquitatē alius dixit hoc eſſe ſuum: ꝛ alius illud. ꝛ ſic inter mortales facta eſt diuiſio. Item apoſtoli quū miſſi fuerunt a dn̄o ſpecialiter ad predicandū pacem iuxta Eſa. lij. Quā pulchri ſupra montes pedes annunciantis et predicantis pacē. viij. q. j. olim. quō in iudicio contendiſſent ꝛ alios ad impatientiā infirmos incitaſſent: et cōtra illud qḋ predicabāt feciſſent. h̄ de eis credere indignū ē: q̄ꝛ magni nō fuiſſent in regno celoꝝ/ ſicut ſunt ſi dixiſſent ꝛ nō feciſſent et ſe nō pacificos: ꝛ ſe non mūdi cōtemptores veriſſimos oſtēdiſſent. Mat. v. Ad eos enim potiſſime qui erāt capita eccleſie: et totius perfectionis exēplar ꝑtinebat non litigare. nō alios ad eos odiendos ꝓuocare. Gala. v. ſꝫ ad cōcordiam reuocare et pacificare. xc. diſt. per totum. ex̄ de treu. ꝛ pa. c. ij. §. fi. Quis em̄ videret eos ꝓ temporalibus que ſunt ſtercora. Phil. iij. litigare/ et eis de cōtemptu mūdi crederet? ar. xxv. diſt. primū. immo nedū ſolus paulus dixit/ Phil. iij. ſed et omnes alij apoſtoli omnia arbitrati ſunt [illegible] vt ſtercora: vt chriſtū et proximum lucrifaciamus. Nam ꝛ ſimplex laicus frater Egidius ſocius beati Franciſci dicebat: Si vis ſaluari non petas tibi fieri iuſtitiam ab aliquo. Preterea ſi apl̄i cum aliquo in iudicio litigaſſent: ſupponendū eſt q̄ ſemꝑ iuſte petiſſent: et rei cōtra quos egiſſent ſe cōtra iuſtitiam defendiſſent. In iudicio autem vterq̄ ſubit tam reus q̄ꝫ actor calūnie iuramentum. C. de iura. calū. aut. ꝑncipales. ꝛ ex̄ de iura. cal. c. j. et vlti. ſed dominus dixit Math. v. Sit ſermo veſter eſt eſt. nō non. ex̄ de iureiu. c. [illegible] chriſtus. Iurare autē et ſi peccatū nō ſit: nō tamē debet fieri niſi q̄s neceſſitate cogat̄/ videlicet quum videt pigros eſſe hoīes ad credendum: qḋ eis eſt vtile ſicut dicit Aug⁹ in ſermone dn̄i: et ponit̄. xxij. q. j. ita ergo. ſꝫ nulla neceſſitas erat apoſtolis ad repetendū aliquid in iudicio ex quo extra iudiciū eoꝝ debitores nolebant eis reddere: ergo iurare non licite poterant: q: per hoc debitores ad ſalutem non reducebant: immo fuiſſet eis occaſio peierandi ex quo al̄s eis ſatiſfacere debitores nolebāt qui em̄ ſcit alium velle falſum iurare: et a tali recipit iuramentū vincit homicidam: q: homicida corpus occiſurus eſt: ille animam. immo duas animas: et eius quem iurare ꝓuocauit: ꝛ ſuam. ſic dicit Aug⁹ in ſermone de decollatione beati Ioannis. ꝛ transfertur. xxij. q. v. ille. Itē Mat. v. Videns ieſus turbas. dicit Aug⁹ ſuper illum ſermonem/ q̄ apoſtoli in hac vita illas. viij. beatitudines ibi deſcriptas habuerūt. Sed inter alias/ ſcd̄a beatitudo eſt/ Beati mites ꝛc. vbi Auguſti. Mites ſunt qui cedunt improbitatibus: et non reſiſtunt malo: ſed vincunt in bono malum. Et idem ſuꝑ lucam. Mitiga ergo affectum tuum: vt nō iraſcaris: aut certe iratus ne peccaueris. Preclarū eſt em̄ motū tēperare cōſilio: nec minoris virtutis dicitur cohibere iracūdiam/ q̄ꝫ omnino nō iraſci: quū plerūq̄ illud leuius: hoc fortius exiſtimet̄. Rixent̄ igit̄ immites ꝛ dimicent ꝓ terrenis ꝛ tꝑalib⁹ rebus: ſed beati mites: qm̄ ipſi poſſidebunt terrā: de qua euelli non poſſunt. illam inquā terram de qua in pſ. cxlj. dicit̄: Portio mea in terra viuentium. Ergo ꝛ apl̄i ꝓ terrenis nō litigauerūt in iudicio nec extra: qḋ ſi feciſſent: mitigatis beatitudinē nō habuiſſent. qḋ eſt contra Auguſtinū vt ſupra dixi.

¶ Articulus. lix.

Reſtat inter hec querere q̄ poſſit eſſe concordia inter decre. extra. ex̄ de ꝟ. ſigni. li. vj. ꝛ extrauagantē dn̄i pape Ioā. xxij. q̄ incipit/ Ad cōditorē. et aliam que incipit/ Cum inter. cuius tenor talis eſt de verbo ad verbum extractus de bulla appenſa hic ponit̄: extrauaganti Ioan. xxij. Cum inter nonnullos viros ſcholaſticos/ ſepe contingat in dubium reuocari/ vtrum pertinaciter affirmare redemptorē et dominū noſtrū ieſum chriſtū/ eiuſq̄ apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua nec in communi/ hereticum ſit cenſendum/ diuerſis diuerſa et aduerſa etiam ſentientibus circa illud. Nos huic contrectationi finem imponere cupientes/ aſſertionem huiuſmodi pertinacē. vide qḋ legitur et no. ex̄ de ſum. trini. c. j. li. vj. in. §. fi. ſuper verbo aſſerere. in vltima gloſ. Ioan. an. cum ſcripture ſacre que in pleriſq̄ locis ipſos nonnulla habuiſſe aſſerit contradicat expreſſe ipſamq̄ ſcripturam ſanctam/ per quam vtiq̄ fidei orthodoxe probantur articuli: quoad premiſſa fermentum aperte ſupponat continere mēdacij: ac per conſequens quantū in ea eſt: eius in totum euacuās fidem catholicam reddat eius probationem adimēs dubiam et incertam/ deinceps erroneam fore cenſendam ac hereticam de fratrum noſtrorum cōſilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rurſumq̄ impoſterum pertinaciter affirmare/ q̄ redemptori noſtro eiuſq̄ apoſtolis his q̄ ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur: nequaq̄ꝫ ius ipſis vtendi ſeu conſumendi competierit: nec illa vendendi ſeu donandi ius habuerint: aut ex ipſis alia acquirendi: que tamen ipſos de premiſſis feciſſe ſcriptura ſacra quam dicere mentiri nefas eſt. xxiij. q. v. quid ergo. ix. diſt. ego. c. ſi ad ſacras. cum. c. ſeq. xxv. q. j. ſunt quidam. teſtatur ſeu ipſos potuiſſe facere ſupponit expreſſe: quū talis aſſertio ipſorū vſum et geſta euidenter includat in premiſſis non iuſta. Quod vtiq̄ de geſtis vſu ſeu factis redēptoris noſtri dei filij ſentire nefas eſt ſcripture ſacre contrarium/ et doctrine catholice inimicum/ aſſertionem ipſam. ex̄ de ſum. trini. et fide ca. §. porro. ibi/ pertinaciter. in Clemen. et de vſur. ex graui. §. fi. ꝑtinaciter. i Clem̄. legit̄ ꝛ no. xxiij. q. iij: dixit apl̄s. ibi/ ꝑtinaci animoſitate. ꝛ gloſ. fi. ibi/ ꝑtinacē de fratrū eorūdē cōſilio deinceps erroneā fore cēſendā merito ac hereticā iudicam⁹. hucuſq̄ ꝟba cōſtitutionis dn̄i pape Io. xxij. Videt̄ q̄ ſaluo iudicio Romane eccl̄ie ſacroſcē q̄ verba dicte ꝯſtitutiōis nō ꝯtradicāt determinationi eccleſie poſite ex̄ de verbo. ſigni. exijt q̄ ſeminat. in. §. porro. nec alijs ibi cōtētis: nec a ſentētijs reuerēdoꝝ patrū ꝛ doctorū in ſacra pagina famoſoꝝ fratrū bonauēture in ſua apologia ꝛ Ioānis de pechano/ in libro de ꝑfectiōe euangelica traditis diſcrepēt. Nec a determinationib⁹ capituli gn̄alis ordinis fratrū minoꝝ ꝑuſij celebrati. ¶ Nā hr̄e aliq̄d quātū ad p̄ſentē materiā ꝑtinet: accipit̄ tripliciter. hr̄e aliq̄d tripli. accipitur. Uno modo quantū ad vſum facti ſimplicē ꝛ tm̄ iuſtū. ꝛ h̄ modo ſerui ꝛ religioſi q̄ ſerui dicunt̄. liiij. di. multos. et q̄ pro mortuis reputant̄. C. de epiſ. ꝛ cleri. deo nobis. §. j. in fi. in textu et in gloſ. ꝛ. xvj. q. j. placuit. vbi de hoc. ꝛ c. ſunt nōnulli. in pn̄. vno modo dicunt̄ hr̄e quātū ad vſum facti ff. de pecu. l. nec ſeruus. ꝛ. l. id veſtimentū. ꝛ no. xij. q. j. non dicatis. in gloſ. nunquid. ꝛ c. dilectiſſimis in gloſ. ergo aliquis. ꝛ ſic accipitur vno modo habere. ff. de ꝟ. ſigni. habere. legitur et no. xxiij. q. vij. quod autē. ibi/ non ſolum que habebant ꝛc. et in gloſ. non intelligas. Et hoc modo habere accipitur in regula beati Franciſci ab eccleſia approbata/ in. c. ſi q̄. ibi/ habeāt vnā tunicā cū capitio: ꝛ aliam ſine capitio q̄ voluerint hr̄e. ꝛ in. c. clerici. ibi/ et quo hr̄e poterunt breuiaria. ꝛ in. c. fratres nihil. ibi/ habere velitis. Et iſto mō habēdi religioſi dicunt̄ hr̄e: q̄ tm̄ quātū ad ꝓpriū nihil habent: vt. xij. q. j. nō dicatis. in pn̄. ꝛ. xviij. q. ij. abbates. ibi/ aut peculiare aliquid habere. ꝛ. liiij. diſtin. abbati. ibi/ qui enim nihil proprium habet. et. C. de epiſco. ꝛ cleri. aut. ingreſſi. ꝛ. xix. q. vlti. q: ingredientibus. et ex̄ de oſ.